

Kleinere Mitteilungen.

Vertrag zwischen Papst Pius II.
und dem Markgrafen Ludwig von Mantua für die Dauer
des Fürstenkonventes zu Mantua 1459.

Mitgeteilt von Stephan Ehses.

In dem Entwurfe einer Instruktion, welchen im Oktober des Jahres 1542 der Bischof von Feltre, Thomas Campeggio, Bruder des bekannten Kardinals Lorenzo Campeggio, im Auftrage Papst Pauls III. für die nach Trient reisenden Konzilslegaten Parisio, Pole und Morone ausarbeitete, wird u. a. auf Vereinbarungen hingewiesen, die Pius II. mit dem Markgrafen von Mantua für den in diese Stadt berufenen Fürstenkonvent getroffen habe.¹ Diese Vereinbarungen scheinen indessen bislang unbekannt geblieben zu sein; denn bei älteren wie neueren Forschern über diese Zeit wird wohl die grosse Sorgfalt geschildert, mit welcher der Papst die Versammlung vorbereitet;² auch wissen wir aus Platinas Geschichte von Mantua,³ dass Markgraf Ludwig allen Wünschen des Papstes in Bezug auf Aufnahme und Beherbergung der Teilnehmer an der Zusammenkunft bestens entsprach; aber von einem förmlichen Vertrage zwischen Papst und Markgrafen verlautet nirgendwo ein Wort. Ebenso schweigen die bekannten Konziliensammlungen von Labbé, Harduin darüber. Es ist daher auch nicht mit Sicherheit zu sagen, ob ein solcher wirklich abgeschlossen wurde, oder ob das Dokument, welches wir nachstehend voröffentlichen, bloßer Entwurf und Vorschlag geblieben ist. Auf das letztere könnte der Umstand schliessen lassen, dass die uns vorliegende Abschrift kein Datum trägt; genauere Kenner jener Zeit mögen auch in den Kapiteln selbst An-

¹ *Arch. Vatic. Varia. Politic.* 84 f. 490. *Florenz, Carte Cerviniane filza* 29 f. 81—85: „Extant formulae capitulorum . . . cum marchione Mantuae pro conventu Mantuano a Pio II habito.“

² Man sehe Raynald, *Annal. eccl.* 1458 nr. 14 f., G. Voigt, *Enea Silvio* 3, 17 f.; Hefele-Hergenröther, *Conciliengesch.* 8, 99, neuerdings besonders L. Pastor, *Gesch. der Päpste* 2⁽²⁾, 35 f.

³ Muratori, *Rer. Ital. scriptores* 20 col. 858.

haltspunkte dafür finden, dass etwa der Markgraf von Mantua Bedenken getragen haben dürfte, so weitgehende Zugeständnisse durch Brief und Siegel zu bestätigen, z. B. dass es dem Gutbefinden des Papstes überlassen sei, zu seiner Verteidigung oder aus sonst jedem vorfallenden Anlasse, nur Kriegszwecke ausgeschlossen, Truppen in entsprechender Anzahl zu Fuss und zu Pferde in Stadt und Gebiet von Mantua zu unterhalten. Andererseits stellt Thomas Campeggio in der erwähnten Instruktion unsere „Capitula“ auf gleiche Stufe mit den Verträgen, die am 16. April 1416 die Konstanzer Konzilsväter mit Magistrat und Bürgerschaft der Stadt geschlossen hatten.¹ Und als einer der ersten Kenner des kanonischen wie staatlichen Rechtes seiner Zeit² wird er sich schwerlich auf ein Dokument bezogen haben, welches nie rechtliche Geltung besass. In jedem Falle ist das Stück wegen mancher Bestimmungen, so z. B. ausser der eben angeführten wegen der Festsetzungen über die Pflege und Ausübung der gegenseitigen geistlichen wie weltlichen Gerichtsbarkeit von hohem Wert und mag daher um so eher hier eine Stelle finden, als es dem sorgfältigsten Forscher über den Pontifikat Pius' II. kaum in die Hände fallen konnte. Es steht nämlich in *Arm. 32 vol. 34 f. 317–322*, einem Kopialbande des vatik. Archives aus der 2. Hälfte des 16. Jahrhunderts, der vorherrschend Gegenstände kurz vor der Mitte dieses selben Jahrhunderts behandelt, darunter vieles, was sich auf die manchfachen Vorkehrungen zum Konzil von Trient bezieht. Dieses mag auch der Grund sein, weshalb die „Capitula“ für Mantua in dem Bande Aufnahme gefunden haben.

Capitula celebrata anno Domini 1459 inter Sanct.^{mum} D. N. Pium II
et illustrem D. marchionem Mantuae propter adventum Sanct.^{tis} Suae
Mantuae pro ibidem celebranda dieta in calendis iunii.

Imprimis quod ipse illustris marchio, cives, officiales et subditi, tam
mediate quam immediate, recipient ipsum Sanct.^{mum} D. N. Papam tam
in ipsa civitate Mantuae quam in terris et castris, ad quae ipsum D. N. Pa-
pam cum sua curia declinaret aut per quae transire contigerit, cum hono-
rificentia et ceremoniis consuetis Romanis Pontificibus exhiberi, ac eum te-
nebunt ac tractabunt ut verum et unicum Papam et summum Pontificem
ipsumque conservabunt in libertate sua, ita quod semper licebit ei et D.^{nis}
cardinalibus et curiae suppositis stare in civitate, terra, castro seu loco huiu-

¹ Namentlich „super victualibus et pensionibus domorum“, bei Mansi, *Concilia* 27, 989–992.

² Man sehe über ihn Hurter, *Nomenclator* 1, 40. Manche Abhandlungen von ihm stehen in Bd. 19 (mit Vita) von Joh. Thom. de Rocaberti, *Bibliotheca Maxima* (Rom 1699) und in Bd. 9, 13 und 15 der *Tractatus illustrium . . . iurisconsultorum* (Venedig 1584). Auch selbständig erschienen zu Venedig 1555 und 1562.

smodi et ab ea recedere sine impedimento quocunque, etiam si mandatum cuiuscunque praetendentis, se superiore¹ de iure vel de facto quacunque dignitate aut auctoritate fulciri,² in contrarium intervenerit.

Item quod libertas ecclesiastica et plena securitas in civitate, terra, castro vel loco huiusmodi et per totum dominium ipsius marchionis illibatae servabuntur omnibus predictis et aliis Romanam curiam sequentibus et redeuntibus ab eadem, in omnibus rebus et personis generaliter et particula-riter cum effectu.

Item quod dictus S. D. N. per se vel officiales suos in terra, civitate, castro vel loco huiusmodi suam iurisdictionem libere competere valeat, ita quod tam ipse quam officiales sui ad haec deputati vel deputandi libere possint iustitiam ministrare inter omnes et singulos cortisanos seu curiam Romanam sequentes tam in civilibus quam in criminalibus et tam in spiritualibus quam temporalibus, ac punire crimina et excessus, nec aliquis de officialibus aut hominibus civitatis, castri vel loci huiusmodi se impe- diant aut intromittant de criminibus aliquorum cortisanorum seu Romanam curiam sequentium ubicunque commissis seu etiam committendis quantum- cunque gravibus, nec etiam de causis civilibus aut criminalibus eorundem seu mixtis ex officio vel ad aliquorum instantiam quoquomodo, directe vel indirecte; quinimmo ipsos cortisanos aut curiam Romanam sequentes libere permittant sine iniuriis et scandalo aut alio quocunqne impedimento ad exa- men dicti D. N. Papae seu officialium suorum.

Item quod si aliquis Mantuanus, comitatensis vel districtualis aut subditus dicti marchionis contra aliquem ex cortisanis seu Ro. curiam se- quentibus vel qui causa dictae curiae ibi erunt, delinqueret vel excederet: officiales dictae civitatis, terrae, castri vel loci huiusmodi faciant celerem et expeditam iustitiam in civilibus et criminalibus de eodem, et similiter fa- ciant officiales ipsius D. N. Papae, si aliquis ex cortisanis vel curiam Ro. sequentibus excederet contra aliquem iurisdictioni subditum dicti marchionis, et si celeriter iustitia non ministraretur cortisanis praefatis, liceat officialibus D. N. Papae per se ipsos de talibus facere et ministrare iustitiam, scilicet⁴ de illis, quae⁴ spectant ad forum eorundem cortisanorum.

Item quod liceat cuilibet cortisano vel qui erit ibi causa dictae curiae, de die vel de nocte post sonum campanae vel alterius signi ambulare per civitatem, terram, castrum vel locum huiusmodi pro eorum expediendis ne- gotiis hora quacunque, de nocte tamen cum lumine aut cum luminis signo libere et impune.

¹ ms. superiorum.

² ms. fulciti.

³ ms. scienti.

⁴ ms. qui.

Item quod dictus marchio provideat ac provideri faciat dicto D.^{no} N. Papae ac D.^{nis} cardinalibus camerario Apostolico vel eius locumtenenti,¹ thesaurario ac depositario de domibus et habitationibus sufficientibus gratis et sine aliqua solutione, et protonotariis et officialibus camerae ac curiae et omnibus cortisanis Ro. curiam sequentibus de domibus et habitationibus sufficientibus et utensilibus necessariis, pro salario et mercede competentibus.

Item quod loca ecclesiarum et religiosorum sint ad dispositionem Sanct.^{mi} D. N. vel ab eius Sanctitate deputandi pro D.^{nis} cardinalibus vel aliis, prout Suae Sancti visum fuerit oportunum.

Item ut omnia et singula cum moderatione procedant, quod D. N. Papa deputet duos cortisanos, et dictus marchio duos de suis, qui quatuor aut tres eorum in concordia habeant taxare pensionem domorum et utensilium salario seu pretio, prout noverint, domorum et utensilium qualitate pensata, rationabiliter expedire. Qui si non fuerint concordes, remittantur ad arbitrium et decisionem locumtenantis in camera Apostolica et archidiaconi Mantuani.

Item quod quilibet, qui domum aut possessionem aliquam in civitate, terra, castro vel loco huiusmodi ante vel post adventum curiae sub quovis pacto conduxisset, domum aut possessionem ipsam in totum aut pro parte libere, etiam non petita licentia, possit seu valeat cortisano seu curiam Ro. sequenti vel ad ipsam venienti locare saltem pro tempore, quo praedicta curia resideret ibidem, et deinde per sex menses, si tempus locationis tantum duraret, et talis secundus conductor nequeat a primo locatore vel alio nullatenus molestari vel perturbari aliquo non absente,² ita tamen quod persona, cui locatio fiat secunda, sit honesta.

Item quod praedictus marchio provideat effectualiter et provideri faciat de victualibus et utensilibus abundantanter, tam pro personis quam pro animalibus, pro condecenti pretio et pro tota curia et eam sequentibus; pretia vero victualium et aliarum rerum ut supra imponi et taxari debeant per duos deputandos per Sanct.^{mum} D. N. Papam et duos alios per ipsum marchionem, qui habeant potestatem et facultatem omnimodam ordinandi et disponendi, prout eis videbitur rerum et temporum qualitate pensata.

Item quod dictus marchio in civitate, terris, castris, locis et territoriis non imponat novum datum, pedagium, thelonium, angarium vel per angarium gabellam aut quodvis onus reale et personale aut mixtum, nec post mentionem habitam de adventu curiae de novo petet aut exiget directe vel indirecte aut quovis quaesitu colore pro personis, animalibus, utensiliis, ar-

¹ Nur für den Kardinal-Kämmerer oder seinen Stellvertreter; für die übrigen Kardinäle ist im nächsten Abschnitt vorgesehen. Doch mag auch die Deutung zulässig sein, dass der Markgraf für die Wohnung sämtlicher Kardinäle aufkommen sollte.

² Diese Stelle scheint verdorben zu sein; vielleicht zu lesen: „aliqua necessitate absente.“

nesiis, mercantiis et rebus, bonis et personis quibuslibet, salmis, valisiis, fardellis D. N. Papae, cardinalium, officialium curiae, cortisanorum et aliorum curiam ipsam sequentium in veniendo, stando seu recedendo in civitate, terra, castro vel loco, in quo ipse D.^{mus} Noster cum ipsa curia communiter vel divisim moraretur et ante per quatuor et post per sex menses omni occasione cessante, per quod D.^{mus} N. Papa, cardinales et alii cortisani seu ad curiam suam venturi gravarentur, sive cum accederent illuc vel donec stabunt vel recedent, quacunque ratione vel causa gravari posse se dixerint; sed liberi et immunes sint a praestatione gabellarum et onerum praedictorum tam per terram quam per aquam cum navigiis eorum.

Item quod non liceat ipsi marchioni, aliquo modo imponere de novo civibus et comitatibus et aliis subditis suis novum onus gabellae, datii vel pedagii in civitate aut extra civitatem et in eius dominio super his, quae necessaria sunt pro victu et vestitu tam personarum quam animalium Romanorum curiam sequentium.

Item quod Sanct.^{mus} D. N., D.ⁿⁱ cardinales camerarius Apostolicus seu eius locumtenens eiusque thesaurarius et depositarius ab omnibus et singulis gabellis ordinariis et extraordinariis antiquis et modernis pro victualibus et vestilibus et utensilibus pro eorum domibus et familiis, tam ad ingrossum quam ad minutum emendis, tam intus quam extra civitatem, terram, castrum vel locum huiusmodi sint penitus et omnino exempti; ceteri autem de his solvant gabellas et datia consueta.

Item quod ipse marchio non permittat nec permitti faciat aliquem hostem vel rebellem Rom. ecclesiae civitatem, terram, castrum vel locum huiusmodi praesente dicto D.^{no} N. Papa ingredi atque in eis morari, nec alium forensem quempiam, cuiuscunque gradus, status vel conditionis existat, contra voluntatem praedicti Sanct.^{mi} D. N.; quos rebelles et hostes idem D.^{mus} N. Papa per se vel eius camerarium seu locumtenentem omni casu habeat declarare eiusque declarationi stari debeat omni contradictione cessante. Si tamen de voluntate et consensu Sanct.^{mi} D. N. Papae data fuerit alicui personae cuiuscunque dignitatis seu conditionis securitas vel salvus conductus, per ipsum marchionem pro certo tempore illa securitas vel salvus conductus debeat observari.

Item quod praedictus marchio observet et observari faciat omnem salvum conductum, quem Sanct.^{mus} D. N. Papa vel eius camerarius aut Apostolicam cameram regens faciet cuicunque personae, nec illum infringet aut violabit aliqua ratione vel causa seu quovis quaesito colore, dum tamen non sint rebelles ipsius marchionis, banniti aut relegati aut vel de capitali crimine iam commisso inquisiti vel accusati, sive subditi ipsius marchionis, quibus nullo modo possit dictus salvus conductus concedi.

Item quod liceat Sanct.^{mo} D. N. pro defensione sua personae aut alia quacunque causa sibi placuerit, conducere aut retinere in civitate, terra, castro vel loco huiusmodi aut pertinentiis pro eius libito gentes armorum,

equites et pedites, in numero convenienti, quae gentes de civitate, terra, castro vel loco huiusmodi ad aliquorum offensam prodire non debeant, et quod gentes armorum reputentur ut cortisani et gaudent et utantur omnibus privilegiis et franchisiis, quibus alii cortisani de consuetudine vel de iure seu per praesentia capitula gaudere debebunt.

Item quod praefatus marchio teneatur, quandocunque Sanct.^{mus} D. N. aut aliquis ex D.^{nis} cardinalibus vel legatis praedicti D.^{ui} N. recesserit vel exire voluerit territorium, per se vel alium associare vel associari facere cum trecentis equitibus et totidem peditibus aut pluribus seu paucioribus, prout Sanct.^{mus} D. N. mandabit, et hoc per totum suum territorium vel districtum.

Item quod dictus marchio per omne eius territorium et dominacionem tenebit et teneri faciet stratas et vias securas et aptas, ita quod omnes venientes ad dictam curiam aut recedentes ab eadem libere et tute todo posse absque alicuius offendiculo possint recedere et venire.

Item quod Sanct.^{mus} D. N. Papa, D.ⁿⁱ cardinales, cortisani et curiam Ro. sequentes et venientes ad illam sint durante dicto tempore residentiae, post et ante per sex menses, in ipsa civitate, terra, castro vel loco, ubi idem Sanct.^{mus} D. N. residebit et quibuscumque aliis terris, castris et locis dicto marchioni mediate vel immediate suppositis, etiam ante adventum et post recessum immunes et franchi ab omni solutione gabellarum, passagiorum, datorum seu quarumcunque impositionum, et quod sit liberum eis et ipsorum cuilibet, cum eorum animalibus atque bonis huiusmodi in praecedentibus capitulis denotatis venire et stare pro eorum voluntate et recedere absque aliqua gabellarum solutione, datorum vel passagiorum seu aliorum huiusmodi, licentia non petita, absque eo quod bulletam recipient, ordinamentis et consuetudinibus terrae, castri seu loci aut patriae huiusmodi editis vel edendis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, quibus omnibus intelligatur et sit ipso iure vigore praesentis capitulo specialiter et expresse derogatum, exceptis mercantiis, de quibus solvantur antiquae pedagiae et gabellae.

Item quod nemini liceat aliquo modo portare in dominio praefati marchionis aliud sal nec uti alio sale [quam] praedicti marchionis et secundum ordines eius; civitates et ubi contra factum fuerit, fiat de eo debita punitio per officiales antedicti Sanct.^{mi} D. N. Papae.

Item quod omnibus et singulis curiam sequentibus et venientibus ad eam sit licitum et permissum, quaecunque cambia, merchantias et artes iuxta consuetudinem curiae et in vendendo¹ vinum, panem, carnes, pisces, hospitalitates et cibaria quaecunque et alia quaevis ad usum vitae tam personarum quam animalium existentia per se vel alios in civitate vel loco huiusmodi eiusque suburbii et districtu gerere vel excercere, durante dicto tem-

¹ ms. veniendo, mit einer Rasur.

pore in praecedenti capitulo denotato, sine aliqua contradictione vel onere reali vel personali seu mixto vel imposito vel imponendo publico vel privato quocunque vel qualitercunque quovis modo, iure, causa vel forma directe vel indirecte aut quocunque quae sit colore, ratione vel causa, talium vel similium aut aliarum artium seu exercitiorum quorumlibet dependentium ab eisdem vel aliquo eorum; solvi tamen debeant data et gabellae solitae pro rebus, quae venderentur prout ascendunt.

Item ut liber sit adventus ad Ro. curiam et recessus per civitatem, terras et castra atque loca ipsius marchionis, omnes et singulae represagliae aut reprehendi et sequestrandi seu restandi facultates et licentiae vel aliae novitates reales vel personales aut mixtae, quomodo cunque nominari vel dici possint, quomodo cunque et pro qua cunque causa seu causis vel delictis per eundem marchionem vel officiales suos seu alios eius auctoritate vel officio seu ad petitionem quorumcunque, etiam quavis auctoritate vel dignitate fungantur, contra aliquos dominos, communia et universitates seu singulares personas spirituales vel temporales aut eorum bona concessae: intelligantur et sint durante dicto tempore, quo praedictus Sanct.^{mus} D. N. Papa vel eadem curia residet in civitate, terra, castro vel loco huiusmodi et per sex menses postea suspensae quoad quoscunque clericos et personas ecclesiasticas, cuiuscunque gradus vel conditionis existant, et quoad communites, universitates et loca et singulares homines ac personas saeculares ipsorumque omnium res et bona quaecunque, salvo quod hoc non intelligatur pro principalibus, quorum occasione seu causis vel excessibus concessae essent, qui omnes possent conveniri in personis et bonis, prout per ordinem dicti marchionis seu dictarum concessionum tenore permittitur omni occasione remota.

Hem quod liceat Sanct.^{mo} D. N. libere et absque impedimento per suos officiales et magistros cudi facere omnes et singulas monetas aureas, argenteas et aeneas, prout facit in civitate Romae, et quod omnes monetae Suae Sanct.^{tis} et praedecessorum suorum expendantur et recipiantur ab omnibus pro eo pretio et valore, prout Romae expenduntur et recipiuntur, nec possint ab aliquo pro dicto valore recusari.

Item quod si contingaret, quod absit, Sanct.^{mum} D. N. Papam durante residentia huiusmodi rebus eximi ab humanis, quod praesentia capitula et omnia in eis contenta pro sacro collegio D.^{norum} cardinalium et aliorum cortisanorum et deinde pro successore Summo Pontifice remanebunt illibata.

Item quod sancta capitula et eorum quodlibet et contenta in eis pro tempore accessus et residentiae ac recessus D.ⁿⁱ N. Papae, D.^{norum} cardinalium, officialium et curiae praedictorum durante dicto tempore, per sex menses ante adventum et totidem post recessum ipsius Sanct.ⁿⁱ D. N. in civitate, terris, castris, locis et territoriis ac dominiis dicti marchionis effectualliter obseruentur in singulis eorum partibus bona et sincera fide pro D.^{no} N. Papa, cardinalibus, cortisanis venientibus ad dictam curiam et recedentibus ab eadem in personis etc., aliquo faciente in contrarium non obstante.